

Antonilla Lignani

Omnium illorum vitae nostrae vitae sunt

De meo oratorio facta et narrationes

Prohemium

Nostris temporibus quoque innumera florent oratoria Ioanni Bosco dicata, postquam ille sanctus vir primum oratorium condidit Anno Domini MDCCCXLI, Sancti Philippi Neri exempla secutus. Nam hodie magni momenti putatur pueros, pro familiarum necessitatibus, accedere in oratoria et ibi educari posse. Huc permulti pueri et puellae, adulescentuli et adulescentulae conveniunt, non solum ludere inter se cupientes, sed etiam a parentibus commendati ad pensa scholastica perficienda magistris et educatoribus qui sua sponte et sine mercede operam praestant. Apud meae urbis oratorium sine ulla mercede ego quoque erudiendis pueris impendere conor, postquam me a scholae muneribus in otia recessi¹, aetatem legitimam transgressa. Oratorium de quo agitur non regitur a paroecia, nec a sacerdotibus quibusdam, sed a societate mulierum quas voluntarias voce hodierna appellaverim, quae, sancti Ioannis Bosco monimenta Conciliique Vaticani II decreta secutae, horas a muneribus vacuas ad formandos animos moresque et ad corroboranda corpora puerorum in urbe residentium dedicant, adiutae a paucis sed valentibus viris.

Antonella Lignani

Le vite di tutti loro sono le nostre vite

Fatti e racconti del mio oratorio

Introduzione

Anche ai nostri tempi hanno grande sviluppo innumerevoli oratori intitolati a Giovanni Bosco, da quando quel santo fondò il primo oratorio nel 1841, seguendo l'esempio di San Filippo Neri. Infatti oggi si reputa cosa di grande importanza, per venire incontro alle necessità delle famiglie, che i ragazzi possano frequentare gli oratori ed essere qui educati. Lì si radunano molti fanciulli e fanciulle, ragazzi e ragazze, non solo perché desiderano giocare tra di loro, ma anche perché sono affidati dai genitori, per fare i compiti scolastici, a docenti ed educatori che volontariamente e senza compenso prestano la loro opera. Anch'io svolgo la mia attività senza alcun compenso presso l'oratorio della mia città, da quando mi sono ritirata in pensione dall'attività scolastica, dopo aver superato l'età stabilita dalla legge. L'oratorio di cui si parla non è retto da una parrocchia, né da sacerdoti, ma, col consenso del parroco, da una associazione di donne che chiamerò con un vocabolo corrente "volontarie": Esse, seguendo gli insegnamenti di San Giovanni Bosco e le disposizioni del Concilio Vaticano II, dedicano le ore libere dai

¹ Cfr. C. Hegger, *Lexicon latinum hodiernum*, Opus edendum curaverunt Edmundus A. Capuana, Valtherius Lapini, Maurus Pisini, Romae, LEV, 2012, s.v. *baby – pensionato*.

<p>Hoc sodalicium, abhinc viginti tres annos fundatum, “oratorium a mulieribus directum” appellatur, quia omnibus praeest mulier quaedam quadraginta annorum, duorum filiorum mater, quae medicinam veterinariam exercet; praeterea haec mulier octo aliis mulieribus et duobus tantum viris ad deliberandum consiliariis utitur. Magistri voluntarii partim provecta sunt aetate (nonnullae voluntariae aviae, sed alacres et iuvenili facie sunt et, ut sedulae apes, ad oratorium birotis vehiculis se conferunt), sed adulescentes permulti quoque ad adiuvandos socios aetate minores conveniunt. Voluntariae quae matres sunt secum filios adulescentulos et infantes quoque portant, et oratorii vestibulum, omnes aulae cellaeque et receptacula quoque parvulis abundant, quare paene cotidie in oratorio subitae et breves procellae oriuntur et, ut ita dicam, innoxii tumultus ad educationem pertinentes surgunt, qui quodam modo exempla praestant (si uti licet verbis Adhortationis Apostolicae illius, cui <i>Familiaris consortio</i> index est) de difficultatibus, in re positis, quas familiae, scholasticae institutiones et tota omnino societas saepe experiuntur in animi bonis transmittendis², difficultates quae “emergenza educativa” hodie vocantur, id est magnum educationis discrimen.</p> <p>Singulis mensibus omnes magistrae et magistri nec non educatores cuiusvis aetatis inter se</p>	<p>loro doveri ed occupazioni all’educazione morale e a quella fisica dei ragazzi che abitano nella cittadina, aiutate da pochi ma valenti uomini.</p> <p>Questo gruppo di volontari è stato fondato ventitre anni fa, e viene chiamato “l’oratorio diretto dalle donne”, perché la presidente è una donna di quaranta anni, madre di due figli, di professione medico veterinario; inoltre questa donna ha come consiglieri per le deliberazioni otto donne e soltanto due uomini. I docenti volontari in parte sono di età avanzata (molte volontarie sono nonne, ma assai attive e di aspetto giovanile, e, come api operose, si recano all’oratorio in bicicletta), ma anche molti ragazzi vi si recano per aiutare i compagni più piccoli. Le volontarie che sono madri portano con sé i figli adolescenti e persino neonati, e l’entrata dell’oratorio, tutte le aule e le stanze e perfino gli sgabuzzini brulicano di piccoli, cosicché quasi quotidianamente nell’oratorio scoppiano improvvise e brevi tempeste e, per così dire, si verificano innocue sommosse riguardanti l’educazione, ed in qualche modo forniscono un esempio di quelle difficoltà che spesso la famiglia, la scuola e l’intera società sperimentano a che vengono chiamate oggi “emergenza educativa”, cioè un grande momento di pericolo per l’educazione..</p> <p>Ogni mese tutte le docenti, i docenti ed anche</p>
--	---

² Cfr. *Familiaris Consortio* 6 *Ex altera tamen parte non desunt indicia deformationis quorundam bonorum fundamentalium [...] de gravi ambiguitate quoad rationes auctoritatis inter parentes et filios; de difficultatibus, in re positis, quas familia saepe experitur in bonis animi transmittendis [...]*

<p>congregati quid factum sit considerant et quid sit faciendum curant. Multae tunc sunt querimoniae de pueris eorumque moribus; pauci tantum formatores magistrisque se puerorum acta moresque probare autumant, omnes tamen severiorem disciplinam cupiunt et exoptant.</p> <p>Circiter sexaginta pueri ac adolescentuli in oratorio ut discipuli versantur, ab illis qui sextum annum ad illos qui decimum sextum annum agunt, in varias aulas distributi. Cum puerorum puellarumque parentibus magistri saepe loquuntur, et certiores eos faciunt de filiorum vitae ratione et invicem certiores facti sunt de illorum in schola processibus.</p> <p>Parvae sunt aulae, ubi pueri e variis gentibus et religionibus orti et multis pellis coloribus praediti (inter quos pulcherrimus ille et nigerrimus puer, Mamadou, quasi in ebano sculptus) studio litterarum, disciplinis mathematicis et phisicis, historiae naturali et historiae rerum gestarum incumbere nec non usum variorum sermonum discere possunt (scilicet, si eis voluntas est!); sed ampla patet area (quam peristylum quoque appellaverim) ubi omnes clamitant et cursitant, ubi pila et oscillatione ludunt, hora decima transacta, sobria sed robusta merenda refecti. Interdum pueri, levibus vulneribus ob nimium ludorum fervorem saucii, ad magistras recurrunt, subita medicamenta et parvas telas antisepticas petentes, simul territi et superbi.</p> <p>Saepe pueri cum magistris in viciniora loca spatiantur, vel ad astronomicam speculam in</p>	<p>gli educatori di ogni età riuniti esaminano quello che è stato fatto e decidono cosa fare. Allora vengono espresse molte lamentele sui ragazzi e il loro comportamento; soltanto pochi formatori e docenti assicurano di approvare quello che i ragazzi fanno e il loro atteggiamento; tutti comunque desiderano ed invocano un maggiore senso della disciplina.</p> <p>Circa sessanta bambini e ragazzi frequentano l'oratorio come alunni, da quelli che hanno sei anni a quelli che ne hanno sedici, divisi in varie aule. I docenti parlano spesso con i genitori dei ragazzi e delle ragazze, e li informano sulla condotta dei figli e a sua volta sono informati degli sviluppi del loro lavoro scolastico.</p> <p>Piccole sono le aule, dove ragazzi, provenienti da vari popoli e religioni e caratterizzati da diversi colori della pelle, possono dedicarsi allo studio delle lettere, delle discipline matematiche e fisiche, della storia naturale e della storia umana e possono anche studiare varie lingue, (sempre che lo vogliano) ma ampio è il cortile (che potrei chiamare anche porticato) dove tutti, passate le quattro del pomeriggio, gridano e corrono, dove giocano a palla o sull'altalena, rifocillati da una merenda semplice ma sostanziosa. Talvolta i ragazzi, avendo subito delle leggere ferite per l'eccessivo fervore dei giochi, ricorrono alle volontarie, chiedendo immediate medicazioni e garze sterili, spaventati e fieri nello stesso tempo. Spesso i ragazzi fanno passeggiate nei luoghi vicini insieme ai docenti, o diretti ad un osservatorio</p>
---	---

<p>proximis montibus positam vel per urbis vias ad palatia et templa visenda; paene cotidie praeterea in proxima palaestra corpora exercent, principia nonnulla operarum fabriliū et coquinariarum quasi ludentes discutunt et certis temporibus sacris Ecclesiae ritibus, celebrationibus et precibus intersunt, quo tamen sponte sua modo adulescentuli qui hoc desiderant conveniunt, praecipue si Christifideles non sunt ipsi eorumque parentes. Omnes enim, quamvis de dialogo inter religiones³ numquam in oratorio aperte disputetur, aliorum religiosos mores permagni existimant, et nullo cogente ac sua sponte inter se pacate humaniter et sincere de his rebus loquuntur.</p> <p style="text-align: center;"><i>De oratorii diebus festis</i></p> <p>Oratorii operum exordium quotannis mensis septembris initio fit. Postquam voluntarii magistraeque quoque, validis mulieribus adiutae, per plurimos dies totis aedibus verrendis omnibusque rebus aptandis operam dederunt, tempore et loco constituto omnes discipuli, magistri et educatores in circulo stantes propria nomina aliis declarant et invicem se salutant. Deinde precem quae «Pater noster» vocatur recitant manibus invicem iuncti, et postea in aulas adulescentuli clamitantes ac hilares se conferunt, dum magistrae submissis vocibus donum patientiae a Sancto Ioanne Bosco petunt.</p>	<p>astronomico posto nei prossimi monti o per le vie della città per vedere palazzi e chiese; quasi ogni giorno inoltre fanno esercizi in una vicina palestra, apprendono quasi per gioco alcuni insegnamenti basilari di falegnameria e di arte culinaria ed in date stabilite compiono i riti sacri della Chiesa, partecipano a celebrazioni e preghiere, alle quali tuttavia i ragazzi intervengono solo spontaneamente, soprattutto se essi stessi e i loro genitori non sono Cristiani.</p> <p>Tutti infatti, sebbene non si discuta mai apertamente di dialogo interreligioso, tengono in grande conto le tradizioni religiose degli altri, e, senza costrizione alcuna e spontaneamente parlano di ciò in maniera pacata, educata e sincera.</p> <p style="text-align: center;"><i>Giorni festivi dell'oratorio</i></p> <p>L'inizio delle attività dell'oratorio avviene ogni anno al principio del mese di settembre. Dopo che i volontari e le docenti con l'aiuto di valide donne, durante molti giorni si sono adoperate a rassettare tutti i locali e a preparare i materiali, tutti i ragazzi, i docenti e gli educatori, nel tempo e nel luogo stabilito stando in cerchio si presentano gli uni agli altri e si salutano tra di loro. Quindi recitano il "Padre nostro" tenendosi per mano, e infine i ragazzi gridando festanti si recano nelle aule, mentre le docenti a bassa voce chiedono a San Giovanni Bosco il dono della pazienza,.</p> <p>Ogni anno si festeggiano anche i tre giorni delle</p>
---	--

³ Cfr. *Pontificium Consilium pro dialogo inter religiones.*

<p>Patroni sancti Floridi mercatus quoque dies tres quotannis celebrantur. Pueri cum voluntariis parva dona parant, quae deinde in mercatus mensas ponunt et parvo pretio advenis vendunt, ad colligendam pro oratorio pecuniam.</p> <p>Tempore Christi adventus pueri praesepe fingunt, dona et arborem natalicium ornant, ad Diem festum nati Christi celebrandum. In collibus prope urbem iter pastorum ad Nativitatis specum renovant et per urbis vias gesta Evangelii de Nativitate Christi agunt, Iosephi, Elisabeth, Zachariae personas gerentes et Mariae quoque aselli tergo ad Betlehem iter facientis.</p> <p>Sancti Ioannis Bosco Dies Natalis particulari sollemnitate celebratur. Saepe episcopus ad loquendum cum pueris et ad preces dicendas ad oratorium venit; praeterea pueri ludunt et inter se certant, dum voluntarii cenam parant, cui omnes multa cum laetitia adsunt.</p> <p>Oblectationum dies, qui vulgo «Carnevale» appellantur, valde pueros delectant. His diebus discipuli personas sibi aptant et alienas vestes induunt, saltant et corpora ad numeros movent, inter se ludunt, ineptiunt, et scaenicas fabulas quoque agunt.</p> <p>Quadragesimae tempore pueri colligunt cibaria egenis tribuenda et ad longinquos populos mittenda.</p> <p>Paschae Resurrectionis diebus adolescentuli cum magistris per urbem nec non extra urbem templa visitant ad Viam Crucis renovandam,</p>	<p>fiere di S. Florido. I ragazzi coi volontari preparano piccoli doni, che poi pongono sui banchi del mercato e vendono a basso prezzo ai visitatori, per raccogliere fondi per l'oratorio.</p> <p>Durante l'Avvento i bambini preparano il presepe, i doni e l'albero di Natale, per celebrare la nascita di Cristo. Sui colli vicini alla città rinnovano il cammino dei pastori fino alla grotta della Natività e rappresentano per le vie urbane gli avvenimenti evangelici sulla nascita di Cristo, impersonando Giuseppe, Elisabetta, Zaccaria e anche Maria, che in groppa a un asinello si dirige a Betlemme.</p> <p>La ricorrenza di San Giovanni Bosco viene celebrata con particolare solennità. Spesso viene il vescovo per parlare con i ragazzi e per recitare preghiere; inoltre i ragazzi giocano e fanno gare tra di loro, mentre i volontari preparano la cena, alla quale tutti partecipano con molta gioia.</p> <p>Il Carnevale piace molto ai ragazzi. In quei giorni essi si mascherano, ballano e si muovono a ritmo di musica, giocano tra loro, scherzano e fanno anche rappresentazioni sceniche.</p> <p>Durante la Quaresima i bambini raccolgono cibarie da distribuire ai poveri e da mandare in lontani paesi.</p> <p>A Pasqua i ragazzi con i docenti, in città ed anche fuori dalla città, visitano le chiese per celebrare la <i>Via Crucis</i> e poi giocando rompono le uova pasquali, nelle quali trovano sorprese, e si divertono molto facendo gare tra di loro.</p> <p>La conclusione delle attività dell'oratorio</p>
---	--

postea tamen ludentes ova paschalia, in quibus dona inveniunt, rumpunt et valde se delectant inter se ioco certantes.

Finis oratorii operibus ultimo die mensis Maii evenit. Hic dies semper illis festus est. Hoc postremo anno ad maris ripas omnes cum voluntariis se contulerunt et ultimum scholae diem ibi degerunt. Postea tamen pueri puellaeque quotannis in montes migrant et tempora aestiva in tentoriis per spatium decem dierum agunt.

Dies vigesimus sextus quoque cuiusque mensis nobis festus est, quia illo die detegitur in proxima ecclesia Gratiarum Matris imago, quare omnes ad preces recitandas in hunc locum convenimus. Deinde iucunda cena nobis in oratorio paratur.

Discipulorum narrationes

In oratorio esse valde me delectat, et adfirmare possum me in oratorio tantum quomodo pueros disciplinas scholasticas docerem vere didicisse; quare eorum vitas eorumque mores permagni mea interest cognoscere. Nonnulli a puerili aetate ad oratorium venerunt, et permultos annos in eo remanserunt; alii in prima pueritia pigri improbique sunt et in annos meliores fiunt, alii econtra primum tranquilli et oboedientes sunt et repente nimis alacres agitatique fiunt. Plurimi ut primum advenerunt a longinquis regionibus Italicum sermonem non cognoscunt, et paucos post menses optime Italice loquuntur. Adulescentula quoque, quae a Sinensibus

avviene l'ultimo giorno del mese di maggio.

Quest'anno tutti si sono recati con i volontari sulla riva del mare e vi hanno trascorso l'ultimo giorno di scuola; poi tutti gli anni ragazzi e ragazze si trasferiscono sui monti e fanno un campeggio di dieci giorni.

Anche il 26 di ogni mese per noi è un giorno festivo, perché in quel giorno viene scoperta nella chiesa vicina l'immagine della Madonna delle Grazie, per cui tutti ci raduniamo in questo luogo per pregare. Quindi nell'oratorio è preparata per noi una allegra cena.

I racconti dei ragazzi

Mi piace molto stare all'oratorio, e posso affermare che solo all'oratorio ho imparato ad insegnare ai ragazzi, perciò mi interessa vivamente conoscere il loro carattere e i fatti della loro vita. Alcuni sono venuti all'oratorio da piccoli, e vi sono rimasti per molti anni. Vi sono coloro che nella prima fanciullezza sono pigri e monelli, ma poi di anno in anno divengono migliori. Vi sono coloro che dapprima sono tranquilli e obbedienti, e all'improvviso divengono troppo attivi e agitati. Molti, non appena arrivano da lontane regioni, non conoscono l'italiano, e dopo pochi mesi lo parlano bene. Anche una ragazza, che viene dalla Cina, si sforza di imparare la nostra lingua lentamente ma con sicurezza, mentre tutti noi, esaminando gli ideogrammi cinesi da lei tratteggiati con diligenza e abilità, siamo pieni di stupore.

<p>regionibus advenit, lento sed sicuro pede nostram linguam discere conatur, dum nos omnes notas illas per quas in Sinis verba significantur examinantes ab ea diligenter et secure pictas valde obstupescimus.</p> <p>Permuli pueri in oratorio auxilia illa inveniunt quibus multis de causis in scholis carent. Nonnulli, gravibus morbis percussi, ad sanitatem redeunt postquam longas et onerosas curationes tulerunt. Raro praeterea evenit (sed tamen evenit) ut nonnulli, orbi amobus parentibus, vel ab eis variis de causis seiuncti, ac commissi avis vel iudicibus tutoribus, tamen animo non deficiant. Nam, quamvis usitato more iucundi hilaresque sint, pueri quoque suis maeroribus et difficultatibus non carent.</p> <p>Nunc discipulorum vitas narrare cupio. Sed potius ipsi facta suarum brevium vitarum suis verbis narrabunt.</p> <p><i>Prima narratio.</i> Mihi Andreas nomen est. Tredecim annos natus, solus orbusque parentibus propinquisque eram. Matrem meam, Afram mulierem, nunquam cognovi, et ne imaginem quidem ullam illius inveni et possideo. Pater meus, Italico genere natus (cuius contra multas imagines mecum porto et omnibus ostendo) recenter percussus terribili morbo mortuus est. Paucis diebus post eius obitum Eucharistiae sacramentum primum recepi, et multi amici mecum hunc diem convivio et donis honoraverunt, sed, amita quoque mortua, nullus propinquus mihi aderat et, ut ita dicam, solus sine ullo dubio in toto</p>	<p>Molti nell'oratorio trovano quel sostegno che per molti motivi non hanno nella scuola. Alcuni, colpiti da gravi malattie, recuperano la salute dopo lunghe e pesanti cure. Raramente accade (e tuttavia accade) che alcuni siano privi di ambedue i genitori, o separati da loro per vari motivi, affidati ai nonni o a giudici tutelari, e tuttavia non si perdono d'animo. Infatti, sebbene di solito siano allegri e sereni, anche i bambini non sono esenti da afflizioni e difficoltà.</p> <p>Ora desidero narrare le vite dei ragazzi. Ma piuttosto essi stessi narreranno le vicende delle loro brevi vite.</p> <p><i>Primo racconto.</i> Mi chiamo Andrea. A tredici anni, ero solo e privo dei genitori e di parenti. Non ho mai conosciuto la mamma, una donna africana, e non ho mai trovato né possiedo una sua fotografia. Mio padre, un italiano (del quale al contrario porto con me e mostro a tutti molte fotografie) è morto colpito da una terribile malattia. Pochi giorni dopo la sua morte ho fatto la Prima Comunione, e molti amici con me hanno solennizzato questa giornata con un pranzo e con doni, ma, dal momento che era morta anche mia zia, nessun parente era con me, e, per così dire, ero senza alcun dubbio solo in</p>
---	---

orbe terrarum eram. Illo die plurima dona recepi, et in primis tria parva horologia armillaria, quae omnia (timens ne mihi auferrentur) brachio meo aptavi. Apud orphanotrophium sed potius apud domum – familiam, ut voce hodierna appellatur, vitam degebam, tempore pomeridiano autem ad oratorium Ioanni Bosco dicatum me conferebam, ubi ludere et scholasticis disciplinis studere poteram.

Sed felix faustumque eventum mihi in tot tantisque calamitatibus accidit: medicus quidam, vere pius vir, eius uxor et eorum filia in domum suam me recipere quasi filium voluerunt. Ita novus pater, nova mater, nova soror et nova familia mihi erant. Hac re valde gavisus, novis vestimentis indutus, bene pexus, autoraeda a novis parentibus in oratorium comitatus, mihi videbar esse adolescentulus optimo genere natus ad universitatem studiorum accedens.

Sed paucos post menses gutturis glandulae lymphaticae tumescere coeperunt (quid essent glandulae lymphaticae illo tempore ignorabam, sed valde timebam), et in valetudinarium reductus multos per menses curationi illi quae chemioterapia appellatur subiectus sum. Optime me medici, novi parentes sororque adiuverunt, et demum ad sanitatem reductus in scholam redii. Puto tamen me non amplius ad oratorium iturum; satis enim adolevi, et oratorium modo parvulis et imberbibus aptum est, cum mihi prima lanugo circa mentum iam crescat.

tutta la terra. Quel giorno ho ricevuto molti regali, e in particolare tre orologi da polso, che mi sono messi tutti al braccio, temendo che mi venissero portati via. Vivevo presso un Istituto, o piuttosto presso una Casa – Famiglia, come si dice oggi; nelle ore pomeridiane; poi mi recavo all'oratorio San Giovanni Bosco, dove potevo giocare e studiare.

Ma accadde un evento fortunato in mezzo a tante e tanto gradi disgrazie: un medico, un uomo veramente generoso, sua moglie e la loro figlia mi vollero accogliere nella loro casa quasi fossi un figlio. E così avevo un nuovo padre, una nuova madre, una nuova sorella e una nuova famiglia. Molto contento di tutto questo, rivestito a nuovo, ben pettinato, accompagnato in automobile all'oratorio dai nuovi genitori, mi sembrava quasi di essere un ragazzo di nobile famiglia che si recava all'università.

Ma dopo pochi mesi le ghiandole linfatiche della gola cominciarono a gonfiarsi (a quel tempo non sapevo cosa fossero le ghiandole linfatiche, ma avevo molta paura) e, portato in clinica, per molti mesi mi sono dovuto sottoporre a quella cura che si chiama chemioterapia. I medici, i nuovi genitori e la sorella mi hanno curato ed aiutato molto bene, e finalmente, recuperata la salute, sono tornato a scuola. Tuttavia penso che non tornerò più all'oratorio; sono infatti cresciuto abbastanza, e l'oratorio è adatto solo ai piccoli e agli imberbi, mentre a me un primo filo di barba cresce già attorno al mento.

<p><i>Secunda narratio</i> - Mihi Rebecca nomen est. A prima pueritia multis malis multisque morbis affecta sum. Mihi loquendi impedimentum erat et inclinatione vertebrarum laboro. Quare coacta sum valde me exercere loquendo et ferream loricam multos per menses induere. Secuta sum praeterea iter studiorum mihi aptum. Sed multa cum patientia et multa cum diligentia, et magistrarum et educatorum auxilio, optimos progressus sum consecuta. Mihi indoles est hilaris et serena, facies venusta. Nunc ferream loricam sub apta amplaque vestimenta celare soleo, et vitam dego ut ceteri pueri puellaeque solent; mox tamen loricam modo per horas nocturnas induam. Perraro nunc ad oratorium venio, nam nimis adolevi et nova maxime diligo.</p> <p><i>Tertia narratio</i> - Mihi Fredrericus nomen est. Valde pusillus ad oratorium veni, ad ludendum cum amicis et ad studendum praecipue rerum gestarum historiae, quam disciplinam valde diligebam sed tamen minime memoria tenebam. Nimis puerilis, alacer et paene improbus eram, quare magistri post nonnulla molesta facta et postquam fortuito oculum puellae cuiusdam saxo percusseram, me ab oratorio depulerunt. Sed post duos annos, pietate moti, post multa consilia et iteratos monitus, rursus me vocaverunt. Quare diligens esse valde nisus aliquantum profeci. Multos per annos in oratorium ventitavi, diutius quam ceteri adolescentuli. Pusillus eram, nunc procerus</p>	<p><i>Secondo racconto</i> – Mi chiamo Rebecca. Fin dalla prima infanzia sono stata colpita da molti malanni e malattie. Avevo una dislessia e soffro di scoliosi. Per questo sono stata costretta ad esercitarmi molto nel parlare e ad indossare per molti mesi un busto di acciaio. Inoltre ho seguito un itinerario di studio adatto a me. Ma con molta pazienza e tenacia, con l'aiuto dei docenti e degli educatori, ho raggiunto ottimi miglioramenti. Ho un carattere allegro e sereno, un aspetto grazioso. Ora sono solita nascondere il busto sotto vestiti e ampiezza adatta, e mi comporto come gli altri ragazzi e ragazze; tra poco tuttavia porterò il busto solo di notte. Attualmente mi reco raramente in oratorio; infatti sono troppo cresciuta e mi piacciono molto le cose nuove.</p> <p><i>Terzo racconto</i> – Mi chiamo Federico. Sono venuto in oratorio quando ero molto piccolo, per giocare con gli amici e per studiare soprattutto storia, materia che amavo molto, ma faticavo a ricordare. Ero troppo infantile, agitato e quasi un monello, per cui i docenti, dopo alcuni fatti spiacevoli e dopo che per caso avevo colpito l'occhio di una ragazza con un sasso, mi allontanarono dall'oratorio. Ma dopo due anni, mossi da compassione, dopo avermi dato molti consigli e molte prediche, di nuovo mi chiamarono. Perciò, sforzandomi di essere diligente, ho ottenuto dei progressi. Per molti anni sono venuto in oratorio, più a lungo degli altri ragazzi. Ero piccolo, ora sono altissimo.</p>
--	--

<p>quam qui maxime. Machinator fieri velim, autoraedas reficere malo et apta ad hoc studia sequor. Nuper, parvis alis super humeros aptatis, longa et candida indutus veste et calceamentis quae “ad tenniludium apta” hodie vulgo appellantur, egi Angelum Gabriel virgini Mariae nuntiantem in actione scaenica quae “Mater” inscribitur, quam ab opere clari scriptoris, cui Erri De Luca nomen est, educator senex quidam valde eruditus est mutuatus. Nunc inter adiutores oratorii operam praesto; nam valde adolevi, sed ad oratorium semper ventito.</p> <p><i>Quarta narratio</i> - Mihi Marcus nomen est. Quid de me ipso dicam? Magistrae iussu inter cetera scholastica pensa mihi non libenter scribendum est quis sit mihi inter omnes carissimus. Quare nunc his verbis respondebo: “Si <i>illa</i> adest hilaris sum, si <i>illa</i> abest, tristis. Quae⁴ est <i>illa</i>? mater mea, Mamma”. Puer undecim annorum sum et multos iam annos pater meus domum non rediit, quia in carcere reclusus est; perraro Mamma quoque familiam visitat. Parentes mei divortium enim fecerunt. Mater mea nunc cum alio viro vitam degit et in alia urbe officium susceperit. Quare avo aviaequae a iudice commissus sum; sed avia mea mortua est, et ideo cum avo vitam dego et mihi iudex tutor est; semper tamen cupio matrem mihi adesse. Saepe a magistris et adiutoribus voluntariis admoneor quia oratorii et ludorum leges normasque non sequor; sed potius eas non cognosco. Per aulas clamans cursito, et molestus sum illis pueris, qui</p>	<p>Desidero diventare meccanico, riparare le automobili e seguo studi adatti per questo. Poco tempo fa, con piccole ali adattate sulle spalle, rivestito di una lunga veste bianca e dopo aver calzato scarpe da tennis, ho impersonato l’angelo Gabriele che porta l’annuncio a Maria in uno spettacolo intitolato “Madre”, che un educatore anziano molto erudito ha tratto dall’opera di un famoso scrittore, che si chiama Erri De Luca. Ora presto la mia opera tra i volontari dell’oratorio; infatti sono molto cresciuto e frequento sempre l’oratorio.</p> <p><i>Quarto racconto</i> – Mi chiamo Marco. Che cosa potrei dir di me stesso? Su richiesta della professoressa tra gli altri compiti devo scrivere (e non lo faccio volentieri) chi sia per me la persona più cara. E perciò ora risponderò in questo modo: “Se <i>lei</i> è vicina sono felice, se <i>lei</i> non c’è sono triste. Chi è <i>lei</i>? La mamma”. Ho undici anni, e da molti anni ormai mio padre non torna a casa, perché è in carcere; anche mia madre, cioè la Mamma, visita molto raramente la famiglia. Infatti i miei genitori sono divorziati. Mia madre ora vive con un altro uomo e lavora in un’altra città. Perciò sono stato affidato dal tribunale al nonno e alla nonna, ma la nonna è morta, e quindi vivo con il nonno ed ho come tutore un giudice; tuttavia desidero sempre che la mamma sia qui. Spesso sono rimproverato dai docenti e dai volontari perché non seguo le leggi e le norme dell’oratorio e dei giochi; ma piuttosto non le conosco. Corro</p>
---	--

⁴ Vulg. *Cant. 3, 6: quae est ista quae ascendit per desertum sicut virgula fumi.*

<p>scholasticis disciplinis studere volunt; saepe verbis sordidis utor, calamos et chartulas iacio in alios discipulos, quod maxime magistri vituperant. Si mater mea adesset, oratorii leges mihi explicaret, nec ideo improbus, male assuetus et insolens essem. Cum mater mea ad me venit, multa dona secum gerit. Me tamen non tantum dona delectant, sed potius eam mihi adesse me delectat, et expectans eius adventum submisso "Mamma" voco.</p> <p><i>Quinta narratio</i> - Mihi Ayoub nomen est. Ayoub latine Iob dicitur; praeterea nostris temporibus Ayoub optimus et clarissimus pedilusor est. Duodecim annos natus, Arabicus sum natione, religione autem Macometanus, sed in Italicis oris natus sum. Hilari sum facie et serena, indole, ut ita dicam, solari. Apud oratorium multos amicos invenio, eadem quoque natione, id est Imad, Youns, Waleed, Nada, Aicha, Ikrame. Sed inter omnes maxime puellam, quae Roxana appellatur, Thracia natione, diligo; nam eadem die et paene eadem hora in nosocomio nati sumus et tunc nostrae matres inter se intimae amicae factae sunt. In eadem schola semper a pueritia et in iisdem classibus ego et Roxana fuimus. Quare puto me optime cognoscere non modo mores, sed cogitationes quoque amicae meae Roxanae. Saepe inter nos loquimur de moribus nostrarum gentium, quae plurime inter se differunt et in longinquis regionibus habitant. Nunc in Italia ambo novos mores novumque sermonem didicimus.</p>	<p>gridando attraverso le aule, e disturbo quei pochi ragazzi che vogliono studiare; spesso mi esprimo con parole volgari, scaglio sugli altri ragazzi penne e palle di carta, cosa che i docenti biasimano moltissimo. Se la mamma fosse qui, mi spiegherebbe le leggi dell'oratorio, e non sarei un monello, maleducato e insolente. Quando la mamma viene da me, porta molti doni. A me tuttavia non tanto piacciono i doni, ma piuttosto sono felice che lei sia qui, ed aspettando il suo arrivo chiamo a bassa voce "Mamma".</p> <p><i>Quinto racconto</i> – Mi chiamo Ayoub. Ayoub in italiano è Giobbe; inoltre ai nostri tempi Ayoub è calciatore assai famoso ed abile. Ho dodici anni, sono arabo di stirpe, maomettano di religione, ma sono nato in Italia. Sono di aspetto allegro e sereno, di carattere, per così dire, solare. All'oratorio trovo molti amici, ed anche della stessa nazionalità, cioè Imad, Youns, Mouad, Nada, Aicha, Ikrame. Ma tra tutti preferisco una ragazza, che si chiama Roxana, di origine romena; infatti siamo nati all'ospedale lo stesso giorno e quasi alla stessa ora, e in quella circostanza le nostre mamme sono diventate intime amiche. Fin dalla fanciullezza io e Roxana abbiamo frequentato la stessa scuola e le stesse classi. Per cui ritengo di conoscere benissimo non solo il carattere, ma i pensieri stessi della mia amica Roxana. Spesso parliamo tra noi dei costumi delle nostre genti, che sono molto differenti tra loro ed abitano in parti lontane del mondo. Ora in Italia ambedue</p>
---	---

Sexta narratio - Mihi Leila nomen est. E Bolivia familia mea ad Italicas oras abhinc paucos annos venit. Libenter cum novis amicis vivere consuevi, et libenter disciplinis scholasticis studui (permulti adulescentuli contra ad pensa perficienda se coactos esse putant) et statim in studiis multos progressus feci. Polite et emendate Italico sermone scribere velim, ita ut adiuvare quoque ceteros alumnos possim; et etiam nonnullos condiscipulos adiuvi cum opus esset legere, compendiare et examinare poetarum scriptorumque opera, inter quae videlicet Alexandri Manzoni librum illum difficillimum qui "I Promessi Sposi" inscribitur. Apud oratorium nonnullos annos conveni et in studiis valde profeci. Nunc adolevi et, matrimonii iure iuncta, mater sum parvae puellulae. Utinam mihi omnia bene eveniant et in posterum.

Septima narratio - Mihi Youns nomen est. Parentes mei nonnullos ante annos a Mauritania in Italiam venerunt, ubi natus sum. Valde pusillus, fungum veneno imbutum, qui Amanita phalloides appellatur, comedi. Certe post paucas horas mortuus essem, nisi parva machina helica praedita et ideo ad volandum apta, quae «helicopterus» appellatur, in Siciliam ductus essem in Panormitanum valetudinarium, ubi mihi iecur a chirurgo mutatum est. Nunc quoque bis in anno Panormum redeo ad valetudinem meam inspiciendam et multa remedia sumere cogor. Valde studiis incubui, et ideo hoc anno ad superiorem cursum demum admissus sum.

abbiamo imparato nuovi costumi ed una nuova lingua.

Sesto racconto- Mi chiamo Leila. La mia famiglia è venuta in Italia dalla Bolivia pochi anni fa. Volentieri mi sono abituata a vivere con i nuovi amici, e volentieri ho studiato le materie scolastiche (molti ragazzi invece pensano di essere costretti a fare i compiti) e subito ho progredito molto negli studi. Desidero scrivere in italiano in maniera pulita e corretta, in modo tale da poter anche assistere gli altri alunni; ed ho aiutato alcuni compagni quando bisognava leggere, riassumere ed esaminare le opere di poeti e scrittori, tra le quali naturalmente quel libro difficilissimo di Alessandro Manzoni che è intitolato "I Promessi Sposi". Per alcuni anni sono venuta in oratorio, ed ho molto progredito negli studi. Ora sono diventata grande e, dopo essermi sposata, sono mamma di una bambina. Spero che tutto mi vada bene anche in futuro!

Settimo racconto – Mi chiamo Youns. I miei genitori sono venuti alcuni anni fa dal Marocco all'Italia, dove sono nato. Quando ero ancora piccolo, ho mangiato un fungo velenoso, che si chiama Amanita phalloides. Sarei morto sicuramente dopo poche ore, se non fossi stato portato in elicottero in Sicilia, in un ospedale di Palermo, dove un chirurgo mi ha trapiantato il fegato. Anche ora due volte all'anno torno a Palermo per controllare la mia salute, e sono costretto a prendere molti medicinali. Tuttavia mi sono molto dedicato agli studi e mi sono esercitato nello sport, e perciò quest'anno sono

Octava narratio - Mihi Ikrame nomen est; puella sum tredecim annorum. Semper progressus facere in studiis et in arte coquinaria cupio et vere progredior. Hoc magistri quoque semper autumant, quorum laudes semper mihi gratae sunt. Cum mea amica Nada magna cum diligentia disciplinarum scholasticarum studio incumbo et ad coquinandos cibos mei populi peculiare, scilicet duri tritici moliti globulos holeribus aromatibusque permixtos, id est *cus cus*, et vituli carnem prunis mixtam, id est *tajine*, operam do. Ad studium historiae rerum gestarum libenter me confero, praecipue cum Araborum facta et inventa narrantur. Nam Arabi numerorum notationes et ordinem invenerunt, et praecipue “zero”, quod Latini non perceperunt nec cognoverunt: nam “zero”, si volumus hoc Latino sermone hodie significare, “signum deficientis numeri locum obtinens” appellatur. Praeterea Arabi magneticam acum nauticam reppererunt et primi in plurima orbis terrarum loca ad id temporis inexplorata pervenerunt. Multa sunt templa et pulcherrimae aedes ab Arabis constructa, quare valde meis originibus laetor.

Nona narratio - Mihi Martina nomen est. Quindecim annos nata sum. Mater mea et pater meus inter oratorii conditores numerantur; praeterea mihi sunt duae sorores et parvulus frater, abhinc quinque menses natus. Ego et amica Maria tantum in oratorio Latinum sermonem discimus. Facile non est hanc linguam discere, quare studere Latino sermoni

stato finalmente ammesso al corso superiore.

Ottavo racconto – Mi chiamo Ikrame, ed ho tredici anni. Desidero sempre progredire negli studi e nelle abilità culinarie, e veramente progredisco. Questo affermano sempre anche i docenti, e le loro lodi mi sono molto gradite. Con la mia amica Nada mi dedico con molta diligenza allo studio delle materie scolastiche e mi applico a cucinare cibi propri del mio popolo, cioè *cus cus* (farina di grano duro con verdure e spezie) e *tajine* (carne di vitello con prugne). Mi applico volentieri allo studio della storia, soprattutto quando vengono narrate le vicende e le invenzioni degli Arabi. Infatti gli Arabi hanno inventato le cifre e l’ordine dei numeri, e soprattutto lo “zero”, che i latini non hanno immaginato né conosciuto: infatti se vogliamo dire “zero” in latino dobbiamo usare la perifrasi “il segno che occupa il posto di un numero mancante”. Inoltre gli Arabi hanno scoperto la bussola e per primi sono giunti in molti luoghi della terra fino ad allora sconosciuti. Molti sono i bellissimi edifici e moschee costruite dagli Arabi, e per questo sono molto contenta delle mie origini.

Nono racconto – Mi chiamo Martina. Ho quindici anni. Mia madre e mio padre sono annoverati tra i fondatori dell’oratorio; inoltre ho due sorelle e un fratellino di cinque mesi. Solo io e la mia amica Maria all’oratorio impariamo la lingua latina. Non è facile imparare la lingua latina, per cui siamo costrette a studiare il latino per molte ore, cosa che non è

per multas horas coactae sumus, quod numquam tempore praeterito accidit. Lento sed sicuro pede procedimus, et cotidie aliquid didicimus. Nunc declinationes nominum novimus et tempora activa et passiva verborum temporalium. Sed difficilior est verborum sensus invenire quam grammaticae leges recordari; nam verba interdum attinent rebus quae apud nos non amplius inveniuntur. Maria et ego intelligere non poteramus quid “area”, Italice “aia”, esset; nam numquam aream huius generis vidimus, quare vertere in Italicum sermonem hoc enuntiatum “Ante agricolarum casas areae sunt” difficile videbatur.

Quis autem nostrum unquam bipennem vidit? Quis per decumanum ambulavit? Quis facta Attilii Reguli memoria tenet? Quis nomina fluminum infernalium novit? Adde quod aliquot Latina verba duplicem significationem habent, ut, exempli gratia, “manus” vel “classis”. Adde praeterea quod saepe “falsos amicos” invenimus, id est vocabula cuius sensus sine ullo dubio novisse putamus, sed aliud significant. Exempli gratia “otium” sensum mutavit, et antiquis temporibus Latine non idem erat ac “sordida” et “desidia”, sed “tempus ad studendum dicatum et ad hoc aptum” significabat! Propter haec talia impedimenta, saepe nobis lexicon (sive omnium verborum latinorum indicem) consulere opus est cum in oratorio Latinae linguae studio incumbimus, sed lexicon immanis liber magni ponderis est, et ad oratorium laboriose et difficulter ferri vel potius trahi potest, quamvis magistra in prima pagina

mai accaduta in passato. Avanziamo a passo lento ma sicuro, ed ogni giorno impariamo qualcosa. Ora conosciamo le declinazioni dei nomi e conosciamo i tempi attivi e passivi dei verbi. Ma è più difficile trovare il senso delle parole che ricordare le leggi della grammatica; infatti le parole riguardano cose e realtà che non si trovano più presso di noi. Maria ed io non potevamo capire cosa fosse *area*, in italiano *aia*; infatti non avevamo mai visto un’*aia*, e quindi tradurre in italiano la frase: *Ante agricolarum casas areae sunt* (davanti alle abitazioni dei contadini ci sono le aie) ci sembrava difficile.

Chi infatti di noi ha mai visto una bipenne (ascia a due tagli)? Chi di noi ha mai passeggiato per un decumano (strada principale)? Chi ricorda le vicende di Attilio Regolo? Chi conosce i nomi dei fiumi infernali? Bisogna poi tenere conto del fatto che alcune parole latine hanno un doppio significato, come, ad esempio *manus* (mano e manipolo) o *classis* (classe e flotta). Bisogna inoltre tenere conto del fatto che spesso troviamo dei “falsi amici”, cioè vocaboli dei quali crediamo di conoscere senza dubbio il significato, ma che in realtà significano tutt’altro. Ad esempio il vocabolo *otium* ha mutato significato, e nei tempi antichi in latino non era la stessa cosa che *svogliatezza* o *dolce – far – niente*, ma significava “tempo dedicato allo studio delle lettere ed a ciò adatto”! Per tali ostacoli, spesso dobbiamo consultare il vocabolario quando ci dedichiamo allo studio del latino in oratorio, ma il vocabolario è un

<p>nostrorum lexicorum hoc scripserit: “Haec verba vobis laevia agilia iocunda sint”⁵. Quare verborum Latinorum sensus et translationes per machinamentum illud quod vocatur “smartphone” (id est “sapiens telephonicum instrumentum”) invenimus (et recte agimus, quia “smartphone” multos optimos verborum latinorum indices continet); quod mirum magistrae nostrae, quae tamen paene omne lexicon memoria tenet, videtur. Quare numquam linguae Latinae lexicon ad oratorium tulimus.</p> <p><i>Decima narratio et postrema</i> - Mihi Miriam nomen est. Parentes mei abhinc paucos annos a Mauritania ad Italiam venerunt, ed ideo facile et celeriter Italico sermone uti non valebam; sed nonnullos post menses multos progressus in studiis feci. Familia mea Macometi religionem sequitur, sed mihi nomen Miriam dederunt: nam tali modo liber Alcaranus Mariam, Iesu matrem, appellat. Saepe voluntarii formatores magistrique admiratione afficiuntur cum nomen meum audiunt; sed ego illis respondeo: “Nobis quoque Maria est!”. Tunc nonnulli de hac re laetantur, et nomen meum facillime memoria tenent, cum nomina aliarum puellarum, ut puta Aisha et Ikrame, memoria tenere non valeant, quia illorum significationem minime noverunt.</p> <p style="text-align: center;"><i>Conclusiones</i></p> <p>Hae factorum, animi motuum et cogitationum narrationes sunt ab oratorii pueris puellisque expressae, quibus graviores et iocundiores</p>	<p>libro grandissimo assai pesante, e può essere portato, anzi trascinato all’oratorio solo con scomodo e fatica. Per questo troviamo i significati e le traduzioni delle parole latine con quell’aggeggio che si chiama <i>smartphone</i> (cioè, telefono intelligente, e facciamo bene, perché lo smartphone consente di consultare molti ottimi vocabolari di latino), cosa che appare eccezionale alla nostra professoressa, che però sa a memoria quasi tutto il vocabolario. E quindi non abbiamo mai portato all’oratorio il vocabolario di latino.</p> <p><i>Decimo ed ultimo racconto</i> – Mi chiamo Miriam. Non so parlare bene e in fretta l’italiano; infatti i miei genitori sono venuti dal Marocco all’Italia da pochi anni, ma dopo qualche mese ho ottenuto molti progressi negli studi. La mia famiglia è di religione mussulmana, ma mi hanno dato il nome di Miriam: infatti in tale modo il Corano chiama Maria, la madre di Gesù. Spesso i volontari e i docenti si meravigliano quando sentono il mio nome, ma io rispondo: “Anche noi abbiamo Maria!”. Allora alcuni si rallegrano di questo, e ricordano con molta facilità il mio nome, mentre non riescono a ricordare i nomi delle altre ragazze, come Aisha e Ikrame, perché non sanno il loro significato.</p> <p style="text-align: center;"><i>Conclusioni</i></p> <p>Questi sono i racconti degli avvenimenti, dei sentimenti e dei pensieri dei ragazzi e delle</p>
--	--

⁵ Haec verba in latini lexicis prima pagina, omnia bona exoptans puellae quae ad sacros baptismi fontes olim tuleram, Anno Domini MCMLXXIX scripsi.

<p>forsitan plurimi alii adulescentuli narraverint. Permulta alia dicerem, sed nunc finem narrationis pono, et modo nonnullas considerationes addo.</p> <p>Oratorium quasi flumen est in quo cuiusvis speciei pisces natant, sed, ut ita dicam, inter se omnes pisces quodam modo similes sunt.</p> <p>Numquam in eodem flumine eadem aqua fluit; sed profecto dixerimus in omnibus fluminibus semper eandem esse aquam.</p> <p>Igitur in oratorio pueri puellaeque semper inter se diversi, sed semper tamen iidem sunt. In menses et paene in dies mutantur, sed certa similitudine naturae lege. Pueri, quovis genere, natione et moribus orti, semper filii sunt, semper inter se simillimi, pariter unici et novi semper. Illorum omnium vitae nostrae vitae sunt.</p> <p>Quod puto patens clarumque esse harum narrationum, quas de oratorio meo collegi, lectoribus.</p>	<p>ragazze dell'oratorio: forse molti altri adolescenti ne potrebbero raccontare di più seri e di più allegri. Potrei dire molte altre cose, ma ora metto fine al mio racconto, ed aggiungo solo alcune considerazioni.</p> <p>L'oratorio è come un fiume, nel quale nuotano pesci di ogni specie, ma, per così dire, tutti i pesci in qualche modo si somigliano.</p> <p>Nello stesso fiume non scorre mai la stessa acqua, ma potremmo anche dire che in tutti i fiumi c'è la medesima acqua.</p> <p>Quindi all'oratorio i ragazzi e le ragazze sono sempre diversi tra loro, ma sono tuttavia sempre gli stessi. Cambiano di mese in mese e persino di giorno in giorno, ma con una legge di natura sicura e simile. I ragazzi, di qualunque tipo, nazionalità e costumi, sono sempre figli, sono sempre somigliantissimi tra loro; sono nello stesso momento unici e nuovi. Le vite di tutti loro sono le nostre vite.</p> <p>Ritengo che tutto questo sia chiaro ed evidente ai lettori di questi racconti, che ho raccolto parlando del mio oratorio.</p>
---	---

Certamen Latinum Salesianum

Università Pontificia Salesiana

Piazza dell'Ateneo Salesiano 1

00139 ROMA

22 febbraio 2017 3° premio

Iudicium sententia	Motivazione dei giudici
<p data-bbox="148 264 659 297">De meo oratorio facta et narrationes.</p> <p data-bbox="148 331 783 969">Auctrix, percallida linguae litterarumque Latinarum cultrix, limpidam contexit fabellam, quae haud raro quo uerior eo crudelior fit, quia euentus descriptus ad nostram presertim pertinet aetatem. Narratio enim, de oratorio quodam Salesiano agens, quid sit auctrix exsperta, haud inidoneis ostendit uerbis. Ideo tam mirum institutum merito laudat Romani sermonis cultrix et ab omnibus innumera ob merita iure laudatur. Verborum copia et probatus linguae Latinae usus faciunt, ut merito tertio exornetur praemio.</p> <p data-bbox="148 1003 783 1104">Antonilla Lignani ad praemium et diploma accipiendum accedat.</p>	<p data-bbox="799 264 1257 297">Fatti e racconti del mio oratorio</p> <p data-bbox="799 331 1437 1025">L'autrice, esperta studiosa della lingua e della letteratura latina, ha composto un limpido racconto, che spesso quanto più è aderente alla realtà tanto più diviene crudele, perché il fatto raccontato riguarda soprattutto la nostra epoca. La narrazione infatti che riguarda un oratorio Salesiano dimostra con parola non inadatte di cosa sia esperta l'autrice. Perciò la latinista loda giusta una tanto mirabile impostazione e da tutti è lodata per gli innumerevoli meriti. La ricchezza verbale e il corretto uso della lingua latina fanno sì che giustamente sia insignita del terzo premio.</p> <p data-bbox="799 1059 1437 1160">Antonella Lignani si presenti a ricevere il premio e il diploma.</p>